litudine, filium se Cyri professus, regnum Persicum invaserat. Quod ubi Cambysi nuntiatum est, regredi in patriam maturans, oblitus est gladium, quo Apin interfecerat, vaginæ reddere. Quod quum conaretur efficere, femen suum vulneravit, et eam partem, qua Apin vulneraverat. Ex eodem vulnere in paucis diebus obiit. De cujus morte postquam certior nuntius ad Persas venit, Potanes[80] Pedimam filiam suam, qua cum Smerdes consuetudinem habebat, edocuit, ut, quum ille sopitus esset, utrum aures tectas comis haberet, periclitaretur. Sciebat enim, a Cyro Smerdi mago ademptas aures. Illa falsum[81] esse Smerden confirmavit. Tunc septem nobilissimi Persæ inter se conjuraverunt. Eorum nomina hæc sunt : Potanes, Hydanes, Aspatines, Saphernes, Megaboius, Gobies, Darius. Deinde, mago Smerde interfecto, constituerunt, uti, excepto posthac Potane, ex illis regnaret cujus equus primus in loco, quem delegissent, hinnisset. Tunc Hiberes[82], agaso Darii, equum domini ad locum prædictum duxit; illic alia equa ab suo initur. Tunc equus Darii magnum hinnitum dedit. Ita Darius regnum obtinuit. A quo Artabanes originem ducit; quem conditorem regni Mithridatis fuisse, confirmat Sallustius Crispus.

XXXI. Reges Parthorum.

Seleucus, Alexandri Macedonis amicus. Hujus post mortem Abarrida, frater ejus, jussus[83] Babylonem obtinere, finitimos sub se redegit, unde Nicator est appellatus, et tres validissimas urbes constituit, Abarridam,

de Perse. Dès que Cambyse en fut instruit, se hâtant de retourner dans sa patrie, il oublia de rentrer dans son fourreau l'épée avec laquelle il avait tué Apis. Comme il s'efforçait de l'y remettre, il se blessa la cuisse à l'endroit même où il avait blessé Apis, et mourut peu de jours après. Lorsque la nouvelle certaine de sa mort fut parvenue en Perse, Potane recommanda à Pedima, sa fille, avec laquelle Smerdis avait commerce, d'observer, pendant qu'il dormait, s'il avait des oreilles cachées sous ses cheveux; car il savait que Cyrus avait fait couper les oreilles au mage Smerdis. Celle-là confirma qu'il était un faux Smerdis. Alors sept Perses de la plus haute noblesse formèrent entre eux une conjuration. Les noms de ces sept conjurés sont : Potane, Hydane, Aspatine, Sapherne, Megaboïus, Gobie, Darius. Ensuite, le mage Smerdis tué, ils arrêtèrent que, Potane excepté, celui-là d'entre eux régnerait dont le cheval aurait henni le premier, dans un lieu qu'ils auraient choisi. Alors Hibère, palefrenier de Darius, conduisit le cheval de son maître au lieu convenu, et là il lui fit saillir une jument. Le cheval de Darius ne manqua pas ensuite de pousser un fort hennissement; et, de cette manière, Darius obtint la couronne. C'est de lui que descendait Artabane, qui, comme le confirme Crispe Salluste, fut le fondateur du royaume de Mithridate.

XXXI. Rois des Parthes.

Seleucus, ami d'Alexandre le Macédonien. Après sa mort, Abarrida, son frère, poussé à s'emparer de Babylone, soumit à sa domination les populations voisines, d'où il fut appelé Nicator, et fonda trois villes très-puis-

Seleuciam, Laodiciam. Arsaces forma et virtute præcipuus, cujus posteri Arsacidæ cognominati sunt; qui pacem cum Sylla imperatore fecit. Orodes, qui fœdus cum Cn. Pompeio percussit, Crassum cum legionibus apud Carras funesta clade delevit. Pacorus, qui filium suum ejusdem nominis misit in Syriam, ut Romanas provincias popularetur; atque ipse a Ventidio, legato Julii Cæsaris, occisus est.

XXXII. Reges Cappadociæ et Armeniæ.

Tigranes, qui jam scriptus est[84]; qui tertio Punico bello[85] perdomuit sub Mancino consule et Scipione Æmiliano. Bellus, rex Armeniæ, qui quum impetum in Græciam fecisset, et Pythii Apollinis templum incendisset, tempestate et frigore exercitum amisit. Polycrates, rex Cappadociæ, qui somniavit solem et lunam uri : qui a præfecto Darii regis occisus est. Epaminon, ejus filius, rex, qui Thebas Græcorum pugnando vicit. Periander, rex, qui Corinthi regnavit, omnia terra et mari Romanis subjugavit. Timoleon, qui Corinthi fratrem suum regnantem interfecit. Idem et Dionysium Siciliæ regem expulit, neque ipse ab offerentibus regnum accepit, sed arcem quoque demolitus est. Hic quum convitia mala audiret, ait : « Tota vita mea id egi, ut omnes liberi essemus. »

XXXIII. Reges Asiæ et Pergami.

Eumenes Carduenus[86], Philippi Alexandri armiger bellicosissimus, sed parum prospera fortuna usus, adeo

santes : Abarrida, Séleucie, Laodicée. Arsace, également remarquable par son extérieur et par son courage, dont les descendants furent surnommés Arsacides, et qui conclut la paix avec le général Sylla. Orodes, qui fit alliance avec Cn. Pompée, et qui fit éprouver près de Carres une cruelle défaite à Crassus et à ses légions. Pacorus, qui envoya son fils, de même nom que lui, en Syrie, afin de ravager les provinces romaines, et qui fut tué lui-même par Ventidius, lieutenant de Jules César.

XXXII. Rois de Cappadoce et d'Arménie.

Tigrane, dont il a déjà été fait mention, qui, dans la troisième guerre punique, fut vainqueur sous les consuls Mancinus et Scipion Émilien. Bellus, roi d'Arménie, qui, ayant fait une irruption en Grèce, et ayant incendié le temple d'Apollon Pythien, perdit son armée par le gros temps et le froid. Polycrate, roi de Cappadoce, qui rêva que le soleil et la lune étaient consumés par le feu, et qui fut tué par un lieutenant de Darius. Le roi Épaminon, son fils, qui prit de vive force la Thèbes des Grecs. Le roi Périandre, qui régna à Corinthe, et soumit tout aux Romains sur terre et sur mer. Timoléon, qui tua son frère régnant à Corinthe : ce même chassa Denys, roi de Sicile, et ne voulut point accepter le trône qu'on lui offrait, mais démolit la citadelle. Ce fut lui qui, entendant de méchants propos, dit : « Je me suis appliqué toute ma vie à ce que vous fussiez tous libres. »

XXXIII. Rois d'Asie et de Pergame.

Eumène Carduène, lieutenant très-belliqueux d'Alexandre fils de Philippe, que, malgré son courage, la fortune

tamen terribilis, ut vivente eo nemo ausus sit rex appellari. Antiochus jam scriptus est. Eumenes alius, qui Romanos Macedonico bello juvit cum milite suo. Attalus, qui pro Romanis sæpe pugnavit. Nam testamento suo populum romanum heredem fecit.

XXXIV. Reges Ponti et Bithyniæ.

Pharnaces, rex Bithyniæ, filius Mithridatis; qui bello civili, quod in Pharsalica gestum est, milite patris sui Syriam invasit, et adventu Cæsaris, antequam in congressum ejus veniret, ipso terrore nominis sui victus refugit in Pontum. Prusias, rex amicus populi Romani, ad quem Hannibal victo Antiocho confugit, et, quum a rege exposceretur per legatos, veneno se liberavit. Nicomedes, socius et amicus populi Romani; in cujus amicitia prima ætate Cæsar fuit. Qui moriens testamento et ipse populum Romanum heredem dimisit.

XXXV. Reges Alexandriæ.

Post mortem Alexandri Macedonis regnaverunt Alexandriæ Ægyptum octo Ptolomæi nomine, multi clarissimi viri. Ptolomæus Evergetes, qui Alexandrum apud Ozydacras[87] objecto clypeo protexit. Ptolomæus, filius Philadelphi, litteratissimus; qui plurimos libros Græcos scripsit. Ptolomæus Soter, qui ingenti classe Rhodios vicit. Ptolomæus Tryphon, qui seditiosos in theatro sa-

favorisa peu; il inspirait toutefois une si grande terreur, que, de son vivant, personne n'osa prendre le titre de roi. Antiochus, dont il a été déjà fait mention. Un autre Eumène, qui, dans la guerre macédonique, aida les Romains avec ses troupes. Attale, qui combattit souvent pour les Romains, et qui même, par son testament, institua le peuple romain son héritier.

XXXIV. Rois de Pont et de Bithynie.

Pharnace, roi de Bithynie, fils de Mithridate, qui, dans une guerre civile dont Pharsale fut le théâtre, se servit des soldats de son père pour envahir la Syrie, mais qui, à l'arrivée de César, n'attendit pas sa rencontre, et vint se réfugier dans le Pont, vaincu par la seule terreur de son nom. Prusias, roi ami du peuple romain, auprès duquel Annibal se réfugia après la défaite d'Antiochus, et chez lequel il s'empoisonna pour se soustraire aux ambassadeurs qui venaient le demander à son hôte. Nicomède, allié et ami du peuple romain, dont César cultiva l'amitié pendant sa jeunesse. A sa mort, ce roi, par son testament, institua le peuple romain son héritier.

XXXV. Rois d'Alexandrie.

Après la mort d'Alexandre de Macédoine, huit Ptolomée, tous très-illustres, régnèrent sur l'Égypte à Alexandrie. Ptolomée Évergète, qui protégea Alexandre de son bouclier chez les Ozydacres. Ptolomée, fils de Philadelphe, très-versé dans les lettres, et qui écrivit beaucoup d'ouvrages grecs. Ptolomée Soter, qui vainquit les Rhodiens avec une grande flotte. Ptolomée Tryphon, qui fit tuer à coups de flèches dans le théâtre une partie des

gittis occidit, alios flammis dedit. Hujus filius Cypris pro Romanis multa bella gessit, adversus Garamantas et Indos. Ptolomæus, Pupillus dictus; qui Pompeium tutorem a senatu accepit, donec pubesceret, et postea civili bello Pontino interfectus est.

XXXVI. Duces et reges Carthaginiensium.

Hanno et Mago, qui Punico bello Cornelium consulem apud Liparas ceperunt. Hamilcar, qui Boccor[88] cognominatus est, primo Punico bello magnam partem Hispaniæ sub imperium Carthaginiensium redegit, relictis filiis quatuor, Asdrubale, Hannibale, Hamilcare et Magone. Hasdrubal, frater Hannibalis; qui secundo Punico bello, cum ingentibus copiis ab Hispania veniens, antequam se fratri conjungeret, a Claudio Nerone exspoliatus est[89].

XXXVII. Reges Numidiæ.

Syphax, quem Scipio Africanus victum in triumphum traxit, regnoque ejus imposuit Masinissam. Masinissa rex, qui Scipionem adversus Carthaginem et Syphacem equitatu adjuvit. Ab eo, inter præmia commilitii Numidiæ regno donatus est. Jugurtha, qui scriptus est[90].

XXXVIII. Reges Mauritaniæ.

Juba rex, qui Curionem, legatum Cæsaris, oppressit mox, occiso Pompeio, Catonis et Scipionis partes firmare

séditieux, et livra les autres aux flammes. Son fils Cypris fit de nombreuses guerres, pour les Romains, contre les Garamantes et les Indiens. Ptolomée, dit le Pupille, qui reçut du sénat Pompée pour tuteur, jusqu'à ce qu'il eût atteint l'âge de puberté, et qui, plus tard, fut tué dans la guerre civile du Pont.

XXXVI. Chefs et rois des Carthaginois.

Hannon et Magon, qui, dans la guerre punique, prirent le consul Cornelius près des îles de Lipari. Amilcar, surnommé Boccor, qui, dans la première guerre punique, soumit une grande partie de l'Espagne au pouvoir des Carthaginois, et qui laissa quatre fils : Asdrubal, Annibal, Amilcar et Magon. Asdrubal, frère d'Annibal, qui, dans la deuxième guerre punique, venant d'Espagne avec une armée considérable, fut défait par Claudius Néron, avant d'avoir pu opérer sa jonction avec son frère.

XXXVII. Rois de Numidie.

Syphax, que Scipion l'Africain mena en triomphe après l'avoir vaincu, et dont il donna le royaume à Masinissa. Le roi Masinissa, qui aida Scipion de sa cavalerie contre Carthage et Syphax, et qui, entre autres récompenses des services qu'il lui avait rendus dans la guerre, reçut en don le royaume de Numidie. Jugurtha, dont il a été déjà fait mention.

XXXVIII. Rois de Mauritanie.

Le roi Juba, qui vainquit Curion, lieutenant de César, et qui bientôt, après la mort de Pompée, s'étant efforcé

conatus, quum se in regiam recepisset, post magnificam cœnam interficiendum se dedit. Juba, rex litteratissimus; qui Cæsaris Augusti jussu regnavit, et magnificentissimam urbem Cæsaream condidit[91].

XXXIX. Qui adversus populum Romanum arma sumpserunt.

Tatius, rex Sabinorum, qui, occupata arce Tarpeia, in ipso foro cum Romulo decertavit, et interventu Sabinarum pacem cum Romulo fixit. Mettius Suffetius, rex Albanorum; qui contra fœdus, a Fidenatibus destitutus, et jussu Tulli Hostilii deligatus ad currum, et in adversa actis equis, laceratus est. Porsenna, rex Etruscorum, qui Romanos ad Janiculum obsedit, propterque Tarquinios. Tiridates, qui Corbulone, consulari viro, victus et restitutus est.

XL. Bella civilia quot.

Civilia bella quatuor mota sunt in urbe a Romanis. Civile bellum primum Sulpitius tribunus excitavit, quod subscriptam provinciam Mithridaticam Sylla in Marium transferre noluisset. Secundum bellum Lepidus contra Catulum, ob metum Siciliæ[92] exspoliatæ. Tertium bellum Cæsar et Pompeius. Belli species magis, quam causa fuit, negatus a senatu Cæsari consulatus. Ceterum utriusque æmulatio et cupiditas imperii occupandi. Nam, quum secundum mores legemque majorum, dimisso exercitu, venire in urbem Cæsar deberet, et docere senatum de rebus

d'affermir le parti de Caton et de Scipion, se retira dans son palais, et se fit donner la mort à la suite d'un magnifique repas. Un autre Juba, roi très-versé dans les lettres, qui régna par ordre de César Auguste, et qui fonda une très-magnifique ville, qu'il nomma Césarée.

XXXIX. Quels sont ceux qui ont pris les armes contre le peuple romain.

Tatius, roi des Sabins, qui, après s'être emparé de la hauteur Tarpéia, combattit contre Romulus sur la place publique même, et fit la paix avec lui par l'intervention des Sabines. Mettius Suffetius, roi des Albains, qui, contre la foi des traités, ayant trahi dans la guerre des Fidénates, fut attaché à un char par ordre de Tullus Hostilius, et écartelé par des chevaux tirant en sens contraire. Porsenna, roi des Étrusques, qui vint assiéger les Romains jusqu'au pied du Janicule, pour servir la cause des Tarquins. Tiridate, qui fut vaincu et rétabli par Corbulon, personnage consulaire.

XL. Combien il y a eu de guerres civiles.

Quatre guerres civiles ont été soulevées dans la ville par les Romains. La première, qu'excita le tribun Sulpicius, parce que Sylla n'avait point voulu transférer à Marius la province Mithridatique qui lui était assignée. La seconde, mue par Lepidus contre Catulus, par suite de la crainte résultant de l'expoliation de la Sicile. La troisième, entre César et Pompée : la cause ou plutôt le prétexte de cette guerre vint du refus que le sénat fit à César du consulat; car elle avait sa source dans l'ambition des deux rivaux et dans leur désir avide du pouvoir. En effet, quoique, conformément aux usages et à la loi des anciens Romains, César ne dût entrer dans la ville

a se gestis, atque ita triumphum consequi; simulans se gratiam timere Pompeii, negavit se missurum exercitum, nisi consularibus comitiis ratio absentis sui posita[93] fuisset. Quamobrem hostis a senatu judicatus, statuit id bello vindicare. Ac sic non consulatum modo ac triumphum, sed totum populi Romani imperium redegit in suam potestatem. Quartum bellum Cæsar Augustus adversus complures duces, contra Pompeium juvenem bona paterna repetentem, mox adversus Cassium et Brutum in ultionem interempti patris, deinceps adversus Antonium et Cleopatram ultro bellum patriæ inferentes.

XLI. Quot genera bellorum.

Bellorum genera sunt quatuor[94]. Gentile, quod cum externis geritur; ut Romani cum Latinis, Athenienses cum Lacedæmoniis. Servile, quod Romani adversus fugitivos gesserunt, et contra duces eorum, Spartacum, Crixum, et Œnomaum. Civile, quo inter se certant[95]; sicut Marius et Sylla, Cæsar et Pompeius, Augustus et Antonius.

XLII. Ordo belli Mariani.

Inexplebilis honoris[96] Marii cupiditas, decretam Syllæ Ponticam provinciam voluit eripere per rogationem Sulpicii, tribuni plebis. Sylla indignatus continuo ad exerci-

qu'après avoir congédié son armée, et qu'il dût rendre compte au sénat de ses opérations militaires, afin d'obtenir ainsi le triomphe, feignant de craindre la puissance de Pompée, il déclara qu'il n'éloignerait point ses troupes, si l'absence n'en était ordonnée dans une assemblée des comices présidée par un consul. Le sénat l'ayant, à cause de cela, déclaré ennemi, il résolut de s'en venger par la guerre; et, par cette voie, non-seulement il s'assura le consulat et le triomphe, mais il réduisit encore sous son pouvoir tout le gouvernement du peuple romain. La quatrième est celle de César Auguste contre plusieurs généraux : contre Pompée le jeune, revendiquant l'héritage paternel; bientôt après, contre Cassius et Brutus, pour venger le meurtre de son père; ensuite contre Antoine et Cléopâtre, qui se disposaient à porter la guerre dans le sein de la patrie.

XLI. Combien il y a de sortes de guerres.

Il y a quatre sortes de guerres. La guerre nationale, qui se fait avec les peuples étrangers, comme celle des Romains avec les Latins, des Athéniens avec les Lacédémoniens. La guerre des esclaves : telle est celle que les Romains firent contre les esclaves fugitifs et contre leurs chefs, Spartacus, Crixus et Œnomaüs. La guerre civile, dans laquelle les citoyens combattent entre eux, comme celle que se firent Marius et Sylla, César et Pompée, Auguste et Antoine.

XLII. Ordre de la guerre de Marius.

La soif insatiable de Marius pour les honneurs le porta à vouloir arracher à Sylla, sur la requête du tribun du peuple Sulpicius, la province Pontique assignée à celui-ci.

tum perrexit, et eum Urbi admovit; et in patriam ingressus, Capitolium occupavit. Quo terrore victus senatus, Mario totique factioni ejus interdixit. Profecto deinde in Asiam Sylla, Marius exsul[97] quum profugisset, ac primum Minturnis in palude latuisset, tum conjectus in carcerem evasisset, interim Cinna et Octavius in Urbe essent; ob hoc, occasione data, Marius redit, et se cum Cinna adjunxit, victis Octavianis partibus. Septies consul creatus, sævissimis cædibus totam urbem funestavit. Sylla interim victo Mithridate in Urbem reversus, prope totam Italiam in armis invenit, sub juvene Mario Marii filio : sed omnes ejus copias partim in Etruria ad Sacriportum, partim ad Collinam portam prostravit; et reliquias adversariorum eorum, qui se dediderant, in villa publica[98] trucidavit. Qui diffugerant, in tabula proscripsit, jure permisso ut interficerentur.

XLIII. Ordo belli inter Cæsarem et Pompeium.

Cæsar, et Pompeius, et Crassus, inita societate, imperium Romanorum possidebant. Cæsar Gallicos, Crassus Syriacos exercitus habebat. Pompeius, horum viribus fretus, in senatu dominabatur. Post Crassi mortem apud Parthos[99] Musus Barbatus Asculanus, Quintus Lutatius Catulus.

XLIV. De bello Macedonico.

Populus Romanus cum Macedonibus bellum ter gessit. Sub Flaminio consule regem eorum Philippum vicit. Sub

Sylla indigné alla aussitôt se mettre à la tête de son armée, la dirigea sur Rome, et, y étant entré, s'empara du Capitole. Le sénat, cédant à la frayeur, proscrivit Marius et toute sa faction. Sylla étant parti ensuite pour l'Asie, Marius, qui s'était enfui après sa condamnation, et qui s'était caché d'abord dans un marais voisin de Minturnes, fut jeté en prison et parvint à s'évader. Sur ces entrefaites, Cinna et Octave se trouvant à Rome, Marius profite de l'occasion que cette circonstance lui offre, revient, et se joint à Cinna après la défaite du parti d'Octave. Créé sept fois consul, il souilla la ville entière des meurtres les plus cruels. Cependant Sylla, revenu à Rome après avoir vaincu Mithridate, trouva presque toute l'Italie en armes sous les ordres du jeune Marius, fils du précédent; mais il détruisit toutes ses troupes, partie en Étrurie, près de Sacriport, partie près de la porte Colline, et fit massacrer sur la voie publique le reste de ses adversaires qui s'étaient rendus. Quant à ceux qui avaient pris la fuite, il en dressa une liste et autorisa chacun à les tuer.

XLIII. Ordre de la guerre entre César et Pompée.

César, Pompée et Crassus, ayant formé une alliance, possédaient l'empire des Romains. César avait les armées des Gaules, et Crassus celles de Syrie. Pompée, appuyé sur les forces de ceux-ci, dominait dans le sénat. Après la mort de Crassus chez les Parthes, arrivèrent au pouvoir Musus Barbatus Asculanus et Quintus Lutatius Catulus.

XLIV. De la guerre macédonique.

Le peuple romain fit trois fois la guerre avec les Macédoniens. Sous le consul Flaminius, il vainquit Philippe,

Paulo Persen, Philippi filium. Sub Metello Macedonico Pseudophilippum. Primi belli causa, quod de injuriis Macedonum Græci querebantur. Secundi, quod fœdus cum patre suo percussum ruperit Perses. Tertii, quod falso nomen regum Macedonum Pseudophilippus invasit.

XLV. De variis cladibus populi Romani.

Etrusco bello, quum Porsenna rex Janiculum obsedit. Gallico bello, quum Galli Senones, exercitu apud Alliam deleto, Urbe incensa, Capitolium obsederunt. Tarentino bello, quum Pyrrhus ad vicesimum lapidem totam Campaniam populatus accesserat. Punico bello, quum Hannibal, Cannensi exercitu fuso, ad tertium lapidem castra posuit. Cimbrico bello, quum Cimbri Tarentinas Alpes[100] occupaverunt. Servili bello, quum Spartacus, Crixus, et Œnomaus gladiatores, populata prope Italia, quum ad incendendam Urbem pergerent, in Lucania a Crasso, in Etruria a Pompeio consule, opprimuntur.

XLVI. De tribus Punicis bellis.

Populus Romanus cum Carthaginiensibus dimicavit[101]. Primum Punicum bellum navalibus copiis gestum est. Causa motus prætendebatur duplex : altera, quod Carthaginienses Tarentinis adfuissent; altera, quod Mamertini adversus Pœnos auxilium poscerent. Ceterum, revera

leur roi; sous Paul-Émile, Persée, fils de Philippe; sous Metellus le Macédonique, le faux Philippe. La cause de la première guerre vint des plaintes que les Grecs portèrent à l'occasion des insultes des Macédoniens; celle de la deuxième, de ce que Persée avait rompu l'alliance faite avec son père; celle de la troisième, de l'imposture à l'ombre de laquelle le faux Philippe avait usurpé le nom des rois macédoniens.

XLV. Des diverses défaites du peuple romain.

Dans la guerre d'Étrurie, lorsque le roi Porsenna assiégea le Janicule; dans la guerre gauloise, lorsque les Gaulois Sénonais, après avoir défait l'armée sur les bords de l'Allia, et incendié Rome, firent le siége du Capitole; dans la guerre tarentine, lorsque Pyrrhus s'avança à vingt milles de Rome, après avoir ravagé toute la Campanie; dans la guerre punique, lorsqu'Annibal, après avoir détruit l'armée de Cannes, vint asseoir son camp à trois milles de Rome; dans la guerre cimbrique, lorsque les Cimbres occupèrent les Alpes Tarentines; dans la guerre des esclaves, lorsque les gladiateurs Spartacus, Crixus et Œnomaüs, après avoir presque entièrement ravagé l'Italie, furent défaits en Lucanie par Crassus, en Étrurie par le consul Pompée, au moment où ils s'avançaient pour incendier Rome.

XLVI. Des trois guerres puniques.

Le peuple romain combattit trois fois avec les Carthaginois. La première guerre punique eut lieu sur mer. On lui attribue deux causes : l'une, parce que les Carthaginois avaient secouru les Tarentins; l'autre, parce que les Mamertins demandaient du secours contre les Carthaginois. Au surplus, ce qu'il y a de certain, c'est

præmium fuit Siciliæ et Sardiniæ possessio, fertilissimarum insularum. Appius Claudius bellum in Siculo freto commisit; Manlius et Regulus in ipsa Africa profligaverunt : Duillius consul apud Liparas insulas; Lutatius Catulus apud Ægates, mersis hostium classibus, consummaverunt. Secundum Punicum bellum longe omnium cruentissimum fuit. Causa, quod Hannibal contra fœdus Saguntum evertisset. Prima clades hujus belli apud Listernum [102], vulnerato patre Scipione; quem Publius Scipio, nondum pubes, protexit ac liberavit. Secunda clades apud Trebiam, vulnerato Flacco consule [103]. Tertia apud Thrasymenum, vastato Flaminii exercitu. Quarta apud Cannas, deletis duobus exercitibus Pauli consulis morte, Terentii fuga Varronis. Postea vero quatuor duces [104] Punici belli gloriam sibi vindicant. Fabius sive Cunctator, qui imminentem Urbis excidio Hannibalem mora fregit. Marcellus, qui primus Hannibali apud Nolam restitit, et inclinatam ejus aciem pæne ictus [105] cruciavit. Claudius Nero, qui venientem ab Hispania Hasdrubalem cum ingentibus copiis, priusquam se Hannibali jungeret, excepit, et ingenti prœlio vicit. Tertium Punicum bellum majoris gloriæ quam operis fuit. Nam, Manilio consule, inchoatum excidium Carthaginis Scipio Æmilianus consummavit; una cum Tigrane quum, incensa Carthagine, totius Africæ urbes [106] in perpetuum repressit, quod contra fœderis pactionem Carthaginienses reparassent classes, et arma finitimis intulissent.

---

que la possession de la Sicile et de la Sardaigne, îles très-fertiles, fut le fruit de cette guerre. Appius Claudius la commença dans le détroit de Sicile; Manlius et Regulus la portèrent jusqu'en Afrique; les consuls Duillius et Lutatius Catulus, ayant coulé à fond les flottes des ennemis, l'un près des îles de Lipari, l'autre près des îles Ægates, la terminèrent. La deuxième guerre punique fut, sans contredit, la plus cruelle de toutes. La cause en vint de ce qu'Annibal, contre la foi des traités, avait détruit Sagonte. La première défaite essuyée dans cette guerre eut lieu près de Listerne, où fut blessé Scipion le père, que Publius Scipion, encore impubère, protégea et délivra. La seconde arriva aux bords de la Trébie, où fut blessé le consul Flaccus. La troisième, près du lac Thrasymène, où l'armée de Flaminius éprouva une perte immense. La quatrième, à Cannes, où deux armées furent anéanties par suite de la mort du consul Paulus et de la fuite de Terentius Varron. Ensuite quatre généraux s'attribuent la gloire de cette guerre punique. Fabius ou le Temporiseur, qui arrêta, par ses lenteurs, Annibal sur le point de saccager Rome. Marcellus, qui résista le premier à Annibal, près de Nole, et qui, après avoir fait plier son armée, lui fit éprouver une grande perte. Claudius Néron, qui surprit Asdrubal arrivant d'Espagne avec des troupes nombreuses, avant qu'i pût se joindre à Annibal, et le vainquit dans un grand combat. La troisième guerre punique fut plus glorieuse que pénible à soutenir. En effet, Scipion Émilien acheva la ruine de Carthage, commencée par le consul Manilius; aidé de Tigrane, après avoir brûlé Carthage, il châtia d'une manière exemplaire toutes les villes de l'Afrique, parce que, contre la foi des traités, les Carthaginois avaient réparé leurs flottes et porté la guerre chez leurs voisins.

XLVII. Usque imperium Trajani qui victi sunt et per quos, ccxv[107].

Per Flaminium consulem Macedonas vicit[108] sub rege Perse[109] bellantes; per Scipiones Africanos, Carthaginienses; per Paulum consulem, Persen in Syria vicit regem Antiochum[110]; per Scipionem Æmilianum, Celtiberos, et Numantiam; per eumdem Scipionem, Lusitaniam[111], et ducem Viriatum; per Decimum Brutum, Galliam; per Mummium Achaicum, et Corinthum, et Achæos; per Fulvium Nobiliorem, Ætolos et Ambraciam; per Marium, Numidas et Jugurtham; per eumdem, Cimbros et Teutones; per Syllam, Ponticos et Mithridatem; per Lucullum item, eosdem Ponticos et Mithridatem: item Cilicas[102] piratas, et Armenios cum rege Tigrane, et plurimas Asiacas[113] gentes. Sub hoc enim ad Indicum Oceanum, et Rubrum mare usque pervenit; per Caium Cæsarem, Gallias et Germanias. Britanniam sub hoc duce non tantum vidit, sed etiam navigavit Oceanum; per Cæsarem Augustum, Dalmatas, Pannonios, Illyricos, Ægyptios, Germanos, Cantabros, totumque orbem perpacavit, exceptis Indis, Parthis, Sarmatis, Scythis, Dacis, quod eos fortuna Trajani principis triumphis reservavit.

XLVIII. De comitiis.

Comitia dicuntur a comitatu et frequentia, quod patres et classes ad suffragia vocantur, creandorum magistratuum vel sacerdotum causa. Comitiorum autem

XLVII. Quels sont ceux qui ont été vaincus jusqu'à l'empire de Trajan, et par qui, au nombre de deux cent quatre.

Par le consul Flaminius le peuple romain vainquit les Macédoniens combattant sous le roi Persée; par les Scipion Africains, les Carthaginois; par le consul Paulus, il vainquit Persée; (par Scipion), en Syrie, le roi Antiochus; par Scipion Émilien, les Celtibériens et Numance; par le même Scipion, la Lusitanie et le chef Viriate; par Decimus Brutus, la Gaule; par Mummius l'Achaïque, Corinthe et les Achéens; par Fulvius Nobilior, les Étoliens et Ambracie; par Marius, les Numides et Jugurtha; par le même, les Cimbres et les Teutons; par Sylla, les peuples du Pont et Mithridate; par Lucullus, les mêmes peuples du Pont et Mithridate; (par Pompée, les mêmes), puis les pirates ciliciens, les Arméniens avec le roi Tigrane, et beaucoup de nations de l'Asie. En effet, sous sa conduite, les armées romaines parvinrent jusqu'à l'océan Indien et à la mer Rouge. Par Caïus César, elles vainquirent les Gaules et la Germanie. Sous ce chef, non-seulement elles virent la Bretagne, mais elles traversèrent l'Océan. Par César Auguste, elles soumirent les Dalmates, les Pannoniens, les Illyriens, les Égyptiens, les Germains, les Cantabres, et pacifièrent toute la terre, à l'exception des Indiens, des Parthes, des Sarmates, des Scythes et des Daces, que la fortune réservait aux triomphes de l'empereur Trajan.

XLVIII. Des comices.

Les comices sont ainsi nommés du rassemblement et du concours qu'ils occasionnent, parce que les sénateurs et les différentes classes de citoyens y sont appelés à

triplex ratio est. Hæc curiata, hæc tributa, hæc centuriata [114] dicuntur, quia hæc per curias et per tribus et per centurias explicantur. Si translatitium sit, et solitum, de quo populus, curiatis transigitur. Si amplius, tributis. Si in summo discrimine est, tum miles ad suffragia vocatur, et comitia centuriata dicuntur.

XLIX. De populi Romani distributionibus.

Antiquissima populi Romani distributio triplex est, quam Romulus fecit; in regem, in senatum, in populum. Qui populus in tres tribus dividebatur; Titiensem, Lucerem, Ramnetem. Sequitur populi Romani distributio sub Servio Tullio rege; qui eum in tribus, classes, centurias, divisit. Ab iteratione [115] census, ut optimus et locupletissimus quisque in suffragiis, id est in populo Romano plurimum valeret. Et tertia divisio est in patronos et clientelas, qua inferiores superiorum se fidei committebant.

L. De rebuspublicis.

Rerumpublicarum tria genera sunt : regium, optimatum, populare. Aut enim sub regum sunt potestate, ut Seleucia Parthorum; aut senatus, ut Massilia Gallorum; aut se ipsi regunt, ut Athenienses solebant. Est et quar-

donner leurs suffrages pour la création des magistrats ou des prêtres. Il y a trois sortes de comices : les uns sont appelés *curiata*, les autres *tributa*, les autres *centuriata*; parce qu'ils se tiennent par curies, par tribus et par centuries. S'il s'agit d'une affaire commune et ordinaire, dont la connaissance appartient à la multitude, elle se traite dans des comices par curies; s'il s'agit d'une affaire plus importante, elle se traite dans des comices par tribus; s'il s'agit d'une affaire du plus haut intérêt, alors le soldat est appelé à voter, et ces comices prennent le nom de comices par centuries.

XLIX. Des divisions du peuple romain.

La plus ancienne division du peuple romain, celle que fit Romulus, fut triple : le roi, le sénat, le peuple. Le peuple était divisé en trois tribus : Titienne, Lucère, Ramnète. Suit la division du peuple romain sous le roi Servius Tullius, qui la partagea en tribus, en classes et en centuries, afin que, par cette disposition du cens, les plus puissants et les plus riches eussent la prépondérance dans les suffrages, et, par conséquent, l'ascendant sur le peuple romain. La troisième division est celle qui se fit en patrons et en clients, par laquelle les inférieurs se mettaient sous la protection des supérieurs.

L. Des républiques.

Il y a trois sortes de républiques : celles qui sont régies par les rois, celles qui le sont par les grands, et celles qui le sont par le peuple. En effet, ou elles sont sous la puissance des rois, comme Séleucie chez les Parthes; ou sous celle d'un sénat, comme Massilie chez les Gaulois;

tum genus, quod Romani commenti sunt; ut ex his tribus unum efficerent. Nam et regiam potestatem consules habent, et penes senatum consilii publici summa est, et plebs habet suffragiorum potestatem.

---

ou les peuples se gouvernent par eux-mêmes, comme avaient coutume de le faire les Athéniens. Il en est une quatrième espèce, que les Romains ont imaginée pour ne faire qu'une seule des trois premières; car les consuls ont la puissance royale, le sénat, seul, délibère sur les affaires publiques, et le peuple a le pouvoir des suffrages.

NOTES

SUR LUCIUS AMPELIUS.

1. — *Catacecaumene*. Nom que lui donnaient les anciens Grecs, à cause de son climat toujours brûlant.

2. — *Est honorata*. Pour *honoravit*.

3. — *Vidit hominem occisum*. C'est-à-dire *dominum occisum*. Julius Hyginus, dans son *Astronomicum poeticum*, dit, en parlant de cette même chienne : « Ululans, ut videretur obitum domini lacrymari. »

4. — *Deficerent*, pour *defecerant*.

5. — *In monte Pelenæo*, ou *Pelinæo*.

6. — *Illa Scorpionem subjecit, qui eum vita privaret*. Selon d'autres, ce fut Diane elle-même qui le tua à coups de flèches.

7. — *Python*. Ou plutôt *Typhon*.

8. — *Pan se in capræ figuram convertit*. Il s'agit ici du Pan des Égyptiens, et non de celui qui était particulièrement honoré en Arcadie.

9. — *Bootes*. Les anciens nommaient aussi cette constellation *Bubulcus* et *Arctophylax*.

10. — *Virgiliæ*. Plus souvent *Vergiliæ*.

11. — *Solstitio*. Sous-entendu *æstivo*.

12. — *Iapygio*. Ainsi nommé d'Iapyx, un des fils de Dédale.

13. — *Gaditanum sinum*. Ainsi nommé de la ville de Gades, ou Gadès, ou Gadia, aujourd'hui *Cadix*. C'est le détroit de Gibraltar, qui n'en est éloigné que de quelques lieues.

14. — *Libyi*. Il paraît probable que le texte est corrompu en cet endroit, et que l'auteur a voulu désigner les Lydiens ou les Lyciens.

15. — *Ægyptus*, pour *Ægyptii*.

16. — *Emodus*. Le même que l'Imaüs, grande chaîne de montagnes de l'Asie supérieure.

17. — *Citheron, Eleon.* Il faut ajouter, entre ces deux noms, la conjonction *et.* Selon toute apparence, ce n'est point *Eleon*, mais *Helicon* qu'il faudrait lire.

18. — *Sperchios*, ou *Sperchius.*

19. — *Titron.* Les anciens géographes ne font point mention de ce fleuve.

20. — *Eubusus*, ou *Ebusus.* Une des îles Baléares, selon Pline.

21. — *Thyle.* La même que *Thule.*

22. — *Cyclades duodecim.* L'auteur, dans son énumération, ne mentionne pas la douzième. Plus haut, au contraire, il en annonce onze seulement et en cite douze; ce qui porte à croire que là il faudrait lire *duodecim*, et ici *undecim.*

23. — *Coos.* Elle se nommait aussi *Co* et *Cos.*

24. — *Ciriteæ, circiter mille.* Nombre fort exagéré, en supposant même que l'auteur ne voulût parler que de simples rochers.

25. — *In Siculo.* Sous-entendu *mare.*

26. — *Æoliæ octo.* Pline et Pomponius Mela n'en comptent que sept.

27. — *In Gallico.* Sous-entendu *mare.*

28. — *Stæchades tres.* Elles se nommaient Prote, Mésa et Hypée. Ce sont les îles d'Hières.

29. — *Girrha*, ou *Girba.* Selon quelques-uns, cette île n'est autre que la précédente, Menynx, qui changea de nom et prit celui de Girba ou Girbé.

30. — *Peragitur.* Nous partageons l'opinion d'un commentateur qui pense qu'il faut lire *peragratur.*

31. — *Abinnam.* Mont plus connu sous le nom d'Abyla ou Abila.

32. — *Seston Asiæ, Abydon Europæ.* Il faudrait, au contraire, *Seston Europæ, Abydon Asiæ*, puisque Sestos appartenait à l'Europe et Abydos à l'Asie.

33. — *Unde est ad inferos descensus.* Ici l'auteur veut, selon toute apparence, désigner l'antre de Trophonius.

34. — *Cauculus.* Expression peu connue, signifiant, à ce que l'on croit, le cimier d'un casque, et qui, par extension, désignerait ici le casque lui-même.

35. — *CXL millia.* Nombre tellement exagéré, que nous n'avons pas cru pouvoir l'admettre dans notre version.

36. — *Ibi columna pendet.* Il faut lire *ibi a columna pendet.*

37. — *Marmesiæ, apud Sipilum.* Ici le texte est encore altéré, et l'on doit lire *Magnesiæ apud Sipylum.*

38. — *Nili.* Divinité des Égyptiens, qui n'était autre que le Nil divinisé.

39. — *In fecillis rebus.* Texte évidemment altéré. Il faut lire *in bellicis rebus.*

40. — *Circetis.* Il est probable qu'il faut lire *Dercetis.*

41. — *Transtulit.* Sous-entendu *in Medos.*

42. — *Pseudomarathona.* Dénomination qui ne se trouve que dans Ampelius.

43. — *Primis, parte regna regnaverunt.* En cet endroit le texte est évidemment altéré. Un commentateur propose la leçon suivante : *Primi Spartæ regnaverunt.*

44. — *Pœnateas vota.* Dans cette phrase, où le texte est assurément corrompu, il est difficile d'assigner un sens vraisemblable à ces deux mots. Un commentateur propose de leur substituer *poemate suo ita.*

45. — *Mox proditionis a rege suspectus idem Mardonius.* Ampelius attribue ici, par erreur, à Mardonius ce qui arriva à Pausanias lui-même.

46. — *Leander.* Probablement *Lysander.*

47. — *Apud Ægeos.* Il faudrait *apud Ægos Potamos.*

48. — *Apud Crotonem.* C'est *Coroneam* qu'il faut lire.

49. — *Delegare.* — *Delere* est évidemment le mot qui devrait figurer ici.

50. — *Quia indigena fuit.* Cécrops, au contraire, était étranger. Natif de Saïs, en Égypte, il conduisit dans l'Attique une colonie d'Égyptiens, vers l'an 1556 avant Jésus-Christ. Il fut représenté comme un monstre moitié homme et moitié serpent, parce qu'il commandait à deux peuples, les Égyptiens et les Athéniens.

51. — *Euboleo.* Lisez *Eumolpo.*

52. — *Thion.* Lisez *Chion.*

53. — *Facie.* Peut-être *arce.*

54. — *Sarbactran.* Cette ville n'est mentionnée nulle part; il faut probablement lire *Ecbatana.*

55. — *Fluminio.* Lisez *Flaminino.*

56. — *Marco.* Lisez *Marcio.*

57. — *Qui sese cum Hannibali.* Lisez *qui si se cum Hannibali.*

58. — *Rubrumque.* Sous-entendu *mare*

59. — *Manius Agrippa*. Lisez *Menenius Agrippa*.

60. — *Lucius Drusus*. Lisez *Livius Drusus*.

61. — *Cyprico*. Lisez *Cimbrico*.

62. — *Horatius trigeminus*. Lisez *Horatii trigemini*.

63. — *Navitans*, pour *navigans*.

64. — *Mortuo exercitu, populum romanum liberaverunt*. Lisez *morte sua exercitum populi romani liberaverunt*.

65. — *Fulvius*. Lisez *Fabius*.

66. — *Mallius Torquatus*. Lisez *Manlius Torquatus*.

67. — *In montem*. Sous-entendu *Sacrum*.

68. — *Quum ille senatus ordinem equestrem adsideret*. Lisez *quum ille senatum, hic equestrem ordinem adsereret*.

69. — *Confusus est*. Lisez *confossus est*.

70. — *Videretur*. Lisez *uteretur*.

71. — *In rostris*, pour *in Foro*.

72. — *Spurius*. Ce personnage est évidemment le même que Spurius Melius, désigné un peu plus haut sous le nom de Marcus Melius. Pour offrir un sens raisonnable, ce passage demanderait à être rétabli de la manière suivante : « Spurius Melius, quum frumentaria largitione, agrariis legibus, factione dominationem parare videretur, jussu, etc. »

73. — *In Apulia*. Lisez *in Etruria*.

74. — *Sub Tullio*. Lisez *sub Tullo*.

75. — *Ad vicesimum ad Urbem pervenit*. Lisez *ad vicesimum ab Urbe lapidem*.

76. — *Quindecim*. Lisez *quinque et viginti*.

77. — *Curavit ipse, et deinde, etc*. Cette phrase, dans laquelle le mot *regnavit* paraît oublié, devrait se terminer au mot *curavit*. Il faudrait donc lire *curavit. Ipse deinde, etc*.

78. — *Patibiatæ*. Lisez *Patizithæ*.

79. — *Ex formæ*. Lisez *et formæ*.

80. — *Potanes*. Lisez *Otanes*.

81. — *Illa falsum, etc*. Il faut *illa*, puisqu'il s'agit de la fille d'Otanes. *Ille*, qui est dans l'édition princeps, est une faute.

82. — *Hiberes*. Lisez *OEbares*.

83. — *Hujus post mortem Abarrida, frater ejus, jussus, etc*. De qui reçut-il cet ordre? Voilà ce qu'on a de la peine à s'expliquer. Cette phrase est probablement altérée.

84. — *Tigranes, qui jam scriptus est*. — *Voyez* ci-dessus, chap. XVIII.

85. — *Tertio Punico bello.* Il est présumable qu'il faut lire *Pontico bello.*

86. — *Eumenes Carduenus.* Il avait reçu le surnom de Carduenus, parce qu'il était né à Cardie, ville de la Chersonèse de Thrace.

87. — *Apud Ozydacras.* Lisez *Oxydracas.* Dans tout ce chapitre l'auteur est très-peu d'accord avec les autres historiens.

88. — *Boccor.* C'est le même qu'Amilcar Barcas, père du grand Annibal. Ampelius est le seul qui lui donne le surnom de Boccor.

89. — *Exspoliatus est.* Le sens de la phrase demande *superatus* ou *exsuperatus.*

90. — *Jugurtha, qui scriptus est.* Cependant ce prince ne se trouve nommé dans aucun des chapitres qui précèdent.

91. — *Urbem Cæsaream condidit.* Il n'en fut pas le fondateur, puisque cette ville existait déjà sous le nom d'*Iole;* mais il changea ce nom en celui de Césarée, pour flatter l'empereur Auguste.

92. — *Ob metum Siciliæ.* Ceci n'est pas clair. Nous serions volontiers de l'avis d'un commentateur qui propose *metu Syllæ;* mais alors, que faire du mot *exspoliatæ?*

93. — *Posita.* Il est vraisemblable qu'on doit lire *proposita.*

94. — *Bellorum genera sunt quatuor.* Cependant il n'en est mentionné que trois dans ce chapitre.

95. — *Inter se certant.* Sous-entendu *cives.*

96. — *Honoris.* Le pluriel est ici nécessaire, et il faudrait *honorum.*

97. — *Marius exsul.* Sous-entendu *Italia.*

98. — *In villa publica.* Lisez *in via publica.*

99. — *Post Crassi mortem apud Parthos, etc.* Dans cette dernière phrase le texte est évidemment altéré et tronqué.

100. — *Tarentinas Alpes.* Il est probable que l'auteur a voulu dire *Taurinas* ou *Tridentinas Alpes.*

101. — *Cum Carthaginiensibus dimicavit.* Sous-entendu *ter.*

102. — *Listernum.* Lisez *Ticinum.*

103. — *Flacco consule.* Non pas Flaccus, mais Tib. Sempronius Longus.

104. — *Postea vero quatuor duces.* Il n'en nomme cependant que trois.

105. — *Pæne ictus.* Lisez *penitus.*

106. — *Urbes.* Peut-être *vires.*

107. *CCIV*. On ne comprend pas ce que peut désigner ce nombre.

108. — *Per Flaminium consulem Macedonas vicit.* Sous-entendu *populus Romanus*.

109. — *Sub rege Perse*. Non pas Persée, mais Philippe; puisque Ampelius dit lui-même un peu plus loin, d'une manière fort obscure à la vérité, que Persée fut vaincu par Paul-Émile.

110. — *Per Paulum consulem, Persen in Syria vicit regem Antiochum*. Cette phrase ne présente aucun sens raisonnable, et l'on est forcé de lire : « Per Paulum consulem Persen; in Syria vicit regem Antiochum per Scipionem. Per Scipionem Æmiliarum, etc. »

111. — *Per eumdem Scipionem, Lusitaniam, etc.* Ampelius attribue ici à Scipion ce qui devrait l'être à Cépion. Peut-être existe-t-il en cet endroit une erreur de copiste occasionnée par l'affinité des deux noms *Scipio* et *Cæpio*, erreur qui leur aura fait mettre le plus connu.

112. — *Item Cilicas, etc.* Il manque quelque chose entre ces mots et celui qui les précède. Voici vraisemblablement de quelle manière devrait être comblée cette lacune : « Per Pompeium eosdem; item Cilicas, etc. »

113. — *Asiacas*. Pour *Asiaticas*.


114. — *Comitiorum autem triplex ratio est. Hæc curiata, hæc tributa, hæc centuriata.* Ces trois principales sortes de comices se subdivisaient en beaucoup d'autres qui prenaient le nom de l'objet qui leur était propre, et avaient leurs règles particulières. Tels étaient les *comitia ædilitia*, pour l'élection des édiles; *censoria*, pour celle des censeurs; *prætoria*, pour celle des préteurs; *proconsularia*, pour celle des proconsuls; *proprætoria*, pour celle des propréteurs, etc.


115. — *Ab iteratione*. Cette expression n'offre point ici de sens; il faudrait peut-être *institutione*.

FIN.

TABLE

DU MÉMORIAL DE LUCIUS AMPELIUS.




a39003 002573466b

